



Clarissimo

DN. FIBIGIO

Amico suo S. D.

I*nsidet hincetuis Sapiencia mollibus annis
cana, queas multos ut superare senes.
Exequent animi dotes feliciter anni:
sic gravis emerito cum sene Doctor eris.*

L. m. q. f.

Johannes Michaël Dillherrus
p. t. Rector.

F*IBIGI, Silesiacæ non ultima terræ
Gloria, Salani lucida stella poli,
FIBIGI, tersum carmen cui dexter Apollo
Dicitat, Eunomies nobile delictum,
Dum te Juridicam toties animare cathedram,
Vidit sacra Themis, sic fuit orsa loqui.
Tempus erit, quo Fibigio fragrantia nectam
Serta meo, nullo quæ moritura die,
Et Doctorali decorabo tempora lauru,
Ut doctum involvar rubra tiara caput.
Ex sudoris agro messis nascetur honorum.
Promissis stabit, sat scio, sacra Themis.*

gratulas. ergo f.

Johannes Gerhard D.

cla